

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CLIV. Ioannis Papae VIII. Ad Evmdem. Vt Luponem presbyterum in
Sarsennati ecclesia episcopum ordinet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

EPISTOLA CLIV.

IOANNIS PAPÆ VIII.

ADEVMDEM.

Vt Luponem presbyterum in Sarsennati ecclesia
episcopum ordinet.

Reuerendissimo & sanctissimo confratri nostro Romano archiepi-
scopo sanctæ Rauematis ecclesiæ.

RE LATIONE quorumdam comperimus, quod eum, quem vobis ordinandum episcopum sanctæ Sarsennati ecclesiae Luponem videlicet venerabilem presbyterum, * postposito nostræ voluntatis, & iussionis mandato conse-
* f. deß
crare postponatis; sed alium pro eo cupiatis nihilo minus
ordinare: quod sane, si verum est, valde miramur, vos a
sponsione, quam nobis polliciti estis, quolibet modo, vel
occasione velle retrahere. Vnde more paterno dilectionem
vestram his nostris apostolicis monemus, hortamur,
atque iubemus apicibus, vt vestræ promissionis memo-
res, præfatum Luponem presbyterum, sicut vobis com-
misimus, continuo, ac præsentialiter iam dictæ ecclesiæ
antistitem ordinetis: nam si aliter feceritis, & tam cito
ipso scilicet vestræ ordinationis initio vos a nostræ vo-
luntatis decreto subtrahere cognouerimus; canonicis cor-
rectionibus, velut inobedientem corripere nullatenus
prætermittemus.

EPISTOLA CLV.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD ANSPERTVM ARCHIEPISCOPVM
MEDIOLANENSEM.

Vt Romam ad Synodus celebrandam cum suffraganeis
accedat, vbi de imperatoris electione agetur. iubet, ne
quemquam regem excipiat, antequam ipse imperato-
rem elegerit. nisi paruerit, eum excommunicat.

*Reuerendissimo & sanctissimo Ansperto archiepiscopo sanctæ
Mediolanensis ecclesiæ.*

QUANTÆ necessitatis assidue sustinuerimus incommo-
da, quantæque perturbationis nunc usque passi simus,
&